



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 6. Fertilitas terræ sanctæ ab Aristeia prædicata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

## §. VI.

*Fertilitas terra sancta, ab Aristea  
prædicata.*

Iosepho consentit antiquior author  
Hecatæus, Alexandri Magni æqualis; qui  
testatur, optimæ terræ decies trecenta mil-  
lia iugera Iudæos possedisse. Sed copiosius  
hanc glebæ felicitatē describit Aristæus, is  
ipse, qui historiam de translatione Scriptu-  
ræ, per septuaginta duos interpretes con-  
scripsit; & illos ex Iudæa in Ægyptum  
ad regem Philadelphum perduxit, ut pro-  
inde meritò, & huius calami autoritas sit  
magna. Sic scribit. *Regio eorum consistit  
arboribus oliuarum, & ferax omnis generis  
frumenti, & leguminum. Ad hæc vineis,  
mellificio abundat. Palma verò, & alia frugi-  
fera arbores sunt innumerabiles, apud ipsos.  
Item jumenta & pecora omnis generis multa  
& pascua uberrima. Præterea immensa co-  
pia aromatum, & lapidum pretiosorum, &  
auri importatur eò, per Arabes. Nam regio  
cultum, & negotiationem est idonea, & citius  
abundat arcibus, nõ deest ei quidquam eorum  
qua mari aduehi solent, cum habeat portus op-  
portunos. qui abundè suppeditent res, & Aspa-  
lona, & Ioppa, & Gaza, similiter etiam Ptole-*

maidis. In horum locorum quasi medio sita est ipsa ciuitas, per se ipsa abunde habens omnia; cum sit irrigua undiq; aquis, & ad magnam securitatem munita. Nam Iordanis fluius ille perennis circumfluit ipsam, in se ab antiquo continentem non minus aruorum, quam sex millia myriadum. Deinde ex vicinia sexaginta myriades hominum in ipsam peruenerunt, qui singuli possessionem centum iugerum agri sunt consecuti. Fluius autem, perinde, ut Nilus, circa tempus exundans, multum terra irrigat. Sic agros laudat Aristæas, qui Iordane preteruntur, & olim à Deo illis dati sunt, pro quibus religio, cultus diuinus, & virtus, æquitas, innocentia steterunt.

§. VII.

Fertilitas terra sancta à Brochardo narrata.

Sed addo his testem Brochardum, quem etiam Pererius tanto magis æstimat, quia non solum, ante trecentos annos, postquã Iudæa sub imperium Saracenorũ subjecta est, vixit; sed etiam totum decennium consumpsit in ea regione diligentissimè perlustrada. Is ergo Brochardus oculatus testis, terræ sanctæ nobilitatem his coloribus depinxit. Non est credendum quibusdam con-

Benedict.  
Perer in  
c.3. Exod.  
disp. 11.

Brochard  
in lib. de

Ff 3 consi-